Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Paul Theodor Carpow Dethlof Ernestus Kron

Ad Illustranda Varia Scripturae Loca De Mundo Muliebri, E. V. I. Dissertationum Illiam Hanc, De apax In Scriptura leuomen: Giljonim Filiarum Zijon Jesaj. III. 23.

Rostochii: Röse, 1753

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn829623825

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn829623825/phys_0001
DFG

59.

Fa 1092 (59.)

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn829623825/phys_0002
DFG

Sartorius, de imagine diuina.
Stiebritz, de vindiciis Salomonis aduersus criminationem scepticismi.
Semler, de mysticarum interpretationum studio ab Aegiptiis patribus maxime repetendo, hodie parum vtili.
Sartorius, de antirationalismo apostolico, occasione oraculi 2 Cor. 10. 5.
Semler, de Daemoniacis quorum in euangeliis fit mentio.
Sturm, Beurtheilung der Gründe Arnolds wegen der evangelisch-lutherischen Religion.
Dietelmair, de schola Jabnensi celeberrima quondam Judaeorum Academia praemittit.
Zeibichius, Συμμεκτα antiquitatum tarsicarum.
Nettelbladt, de genuina sponsalium de praesenti et de futuro notione.
Ulius, de methodo Hildebrandina.
Boehmer, de morbo ex hypochondriis.
Gottsched, de memoria Rideliana et Seyferiana.
3.) Ploucquet, de personalitate
4.) Roester, de ritu veterum sublatis manibus precandi.
5.) Burgmann, de vetere Testamento etc.
6.) Hartmann, in 2 Petri 2. 1. de actu reprobis vero redemptionis Christi ect.
7.) Aepinus, characterem tragoediographi.
8.) Basle, du Deluge par l'auteur de la methode etc.
9.) Prüfung der Inauguraldisputation des Hf. Müllers. von einem Unbekannten.
10.) Pries, de diuina vaticiniorum origine.
11.) Pries, de versione Lutheri verborum Gens. c. 4. comm. 26.
אז חוחל לקרא בשם יהוה:
12.) Carpow, de speculo exponentem speciatim
13.) Carpow, de fucis et tinctura, oculorum, faciei, capillorum exponentem speciatim
14.) Quistorp, exegesis theologica notionis biblicae filiorum Dei.
15.) Quistorp, de adoptione diuina vniuersim spectata.

59.

26., Carpow, de ἅπαξ in scriptura λεγομενῳ, Gilionim filiarum Zion. Jes. 3. 23.
27., Burgmann, de Deismo generatim spectato.
28., Hartmann, de impossibi quorundam ad Metanoian renouatione. Hebr. 6. 4. 6.
29., Hardtwig, de dormientibus, secunda agens de iusta somni salutaris quantitate et mensura.
30., Engelcken, de otio Monachorum haud probando.
31., Roennberg, de genesi intellectus et rationis ex actu reflectionis.
32., Burgmann, ἅπεξι illud. Christi Marci 14. comm. 41.
33., Burgmann, de aurora in lege et testimonio conspicua ex Jes. 8. com. 20.
34., Burgmann, de gratia generatim considerata.
35., Hartmann, de argumentis quibus praestitam esse pro impoenitentia finali satisfactionem Christi.
36., Quistorp, de notione filiorum et filiorum Dei biblica.
37., Burgmann, de Deismo naturalistarum generatim spectato.
38., Hartmann, de argumentis ad ~~cuin~~ euincendum satisfactionem Christi. etc.
39., Zahn, de politico non superintendente.
40., Parlements-Gericht-Schluß wieder die Jesuiten in Frankreich.
41., Chladenius, de vocatione diuina ad ministerium ecclesiasticum.
42., Franz, de coelibatu ecclesiastico specimen secundum de caussis illius.
43., Wüstemann, de natura methodi mathematicae, eiusque vsu in philosophia et theologia.
44., Nahmmacher, annotationes annotationes ad locum Matth. 19. 24.
45., Tetens, vim cohaesionis explicandis phaenomenis, quae vulgo vi attrahenti tribuuntur haud sufficere.
46., Quistorp, de sacris poenitentiae victimis iansenistarum. etc.

בסיעתא דשמיא

ET

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DOMINO

FRIDERICO,

DUCE ET PRINCIPE HEREDITARIO MECKLENBURGICO,
PRINCIPE VANDALORVM, SVERINI ET RACEBVRGI,
COMITE ITEM SVERINENSI,
TERRARVM ROSTOCHII ET STARGARDIAE
DOMINO,
PRINCIPE AC DOMINO NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO,

AD
ILLVSTRANDA VARIA SCRIPTVRAE LOCA
DE
MVNDO MVLIEBRI, E. V. I.
DISSERTATIONVM
Iliam HANC,
DE
ἅπαξ IN SCRIPTURA λεγομενῳ:

GILJONIM
FILIARVM ZIJON

JESAJ. III. 23.

D. XXII. DECEMBR. A. MDCCLIII. H. LOQVE C.

PVBLICO COMMILITONVM EXAMINI SISTIT

PAVLVS THEOD. CARPOVIVS,

PHILOSOPH. ET MED. D. LINGV. ORIENT. ET C. C.
DVCAL. PROFESS. P. O.

RESPONDENTE

DETLOVIO ERNESTO KRON,

GOTHL. SVECO,
PH. ET TH. CVLT.

ROSTOCHII, TYPIS RÖSENIANIS.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn829623825/phys_0007
DFG

SECTIO Ima.

DE בנות ציון FILIABVS ZIJONIS.

§. I.

FILIÆ ſ. בת *Zijonis* iterum ſoepiusve, aſt quater tantum in *Textu* ſacro et originali *Hebræo*, mentio habetur בנות FILIARVM *Zijonis*. Ter apud regium vatem JESAJAM, ſemel in *Cantico* regis SALOMONIS.

§. II.

Vernaculam LUTHERI *Verſionem* hic quod attinet, *variantes* in illa deprehendimus *Editiones*, easdemque tripliciter quidem. Inter XXIV. nimirum quas contulimus Editiones, V- tantum ſunt, in quibus ἀκριβῶς et Fontibus conuenienter quas ter legatur Pluralis Töchter, ad modum, quem *Collatio* ſequen- monſtrabit:

	Textus Originalis:	*Versio Lutheri:*
1)	IESAI. III. 16. ויאמר יהוה יען כי גבהו בנות ציון	Und der HERR spricht: Darum daß die Töchter Zion stolz sind.
2)	III. 17. ושפח אדני קדקד בנות ציון	So wird der HErr den Scheitel der Töchter Zion kahl machen.
3)	IV. 4. אם רחץ אדני את צאת בנות ציון	Denn wird der HErr den Unflat der Töchter Zion waschen.
4)	*Cantic.* III. 11. צאינה וראינה בנות ציון	Gehet heraus und schauet an, ihr Töchter Zion, den König.

Habent vero ita nominatim: Editio *Marchica Stendalienſis* de A. 1702; *Rever.* STARCKI *gloſſata* ſub Tit. Synopſis *Biblioth. Exeget.* in V. T. Parte V. *Lipſiæ* 1747; *Halenſis Canſteiniana*; in præfatione huius adlegata *Helmſtadienſis*; *Luneburgenſis* de Ann. 1723. & aliae forte plures.

§. III.

Lectionum variationem 2 *dam* exhibuit *unica* antiqua editio *Pomeranica*, dialecto inſimul Pomerana quæprodiit in vicino oppido BARTH, A. 1588. exactaque adfirmatur in *Præfatione* (*) ac expreſſa, ad editionem inprimis illam ſuperſtite ad huc B. interprete curatam *Wittenbergæ* 1545. collatis tamen aliis etiam quibusdam. *Ter* nimirum hæcce exprimit Archetypum hebræum, ſemel non niſi devia aberrans, ſcil. *Jeſ.* IV. 4. ab eodem. Reliquæ, quas conſulere occaſio fuit, numeroque ſunt plurimæ videlicet XVIII. 3*iam* conſtituunt claſſem, et praecedenti 2da deteriores *Bis* plane tantum ἀκριβειαν probant, *Jeſajæ* puta III. 16. et in *Cantico Salomonis*. Veniunt in harum cenſum *Concordantiæ* quoque *Lankiſchianae*, quales tamen preter alios, quos præſtant uſus, inſtar *Maſoræ* cuiusdam *Vernaculæ* Verſioni inſervire utique poſſento ſimul Confunduntur praeterea in iisdem, (in uſum futuræ aliquando emendationis quod liceat monuiſſe

monuisse) Tituli distincti generales בת atque בנות, Tochter atque Töchter in unum, malè & non minimo sane evolventium incommodo. Auxit incommodum commendatissima coeteroquin editio recentior earum *Reinecciana*, ciphras plane hic exhibens subinde et ראשי תיבות ד. et ת. vocum integrarum vice.

(*) Wente, wy hebben in dissem Afdrucke sünderlick gefolget dem corrigerenden Exemplare, welckere noch by levende des Herrn Doctoris Martini Lutheri, Anno Christi 1545. tho Wittemberge gedrücket und uthgegahn is. Unde hebben gegen dat sülwige etlicke andere Exemplaria gelesen unde geholden, voernemlick dat Pergamenen Exemplar, welckere Anno 1561. tho Wittemberge gedrücket und in der Förstlicken Liberye tho Wollgaste bygeleget is.„

§. IV.

Aberrationem hancce a regia via in *Versione*, mox excepit alia in *Interpretatione*. Coeptum nimirum est quæri ἀτερ γραφῆς: per *FiliaM Zijon* Cap. presertim IV. 4. quid intellexerit Iesajas? cum tamen prorsus illius non, sed, *FiliaRUM Zijon* expresse, meminerit propheta. De his itaque, non de illa, quæstio erat instituenda. Et quidem inter recentiores incautius hic versatus est etiam *Doctiss.* JOACHIM LANGE, ita ad h. l. commentatus: (*) „Da vorhero der Burg Zion und der Stadt Jerusalem besonders gedacht ist, und durch jene wegen ihrer Höhe und der Residenz Davids, das Himlische Jerusalem, durch das davon unterschiedene Jerusalem aber als die untere Stadt, die jüdische Kirche auf Erden verstanden wird: So nimt man alhier auch billig davon an das Wort von der TOCHTER, sintemahl die untere Stadt gleichsam eine Tochter von der Königlichen Burg, als ihrer Mutter war„; huncque secutus STARCKIVS scribens (**): „Man kan durch die Burg Zion wegen ihrer Höhe das Himlische Jerusalem, durch die untere Stadt Jerusalem aber die jüdische Kirche auf Erden verstehen, welche unter der Redensart der TOCHTER Zion vorgestellet wird, davon die Königliche Burg gleichsam die Mutter ist.„

(*) Pro-

(*) Prophetisches Licht und Recht, I. Th. S. 39.
(**) loc. (in §. III.) cit. col. 108. 109.

§. V.

Verum Rſ. α) quod indicatum ante, (§. II. ſeq.) Filia Zijon non datur IESAI. IV. 4. Phantasma eſi Verſionis, diſparens ad primam ſtatim lucem viſam Archetypi illuſtris hebræi. Deinde et β) non illud evictum hactenus, aut extra dubitationis aleam poſitum eſt omnino, *Filiam* in phraſi illa ſacra בת ציון *FILIA Zijonis*, Urbis Jeruſalem quandam partem reſpectu Zijonis inferiorem denotare unquam; quanquam ſpecioſe id dicatur, et poſt LYRAM atque FLACIVM (*) multis aliis noſtratium quoque ſit acceptatum E. g. IOANNI LUNDIO, ſcribenti (**): Hingegen das Theil, das auf dem Berge Acra gebauet war, ſo auch an Zion und Morija hieng, aber niedriger als Zion war, die Unterſtadt genant ward, und die Tochter Zion, weil es niedriger lag, und gleichſam als eine Tochter von der Mutter gebohren und herkommen war. Siehe unter andern BUNTING Reiſebeſchreibung p. 40 und 53.„ Evolutum *Buntingii Itinerarium* (pag. m. non 40 aut 53. ſed. 44.) ſequentia habeta: „Und auf dieſem Berge Acra hat die Unterſtadt gelegen, die in heiliger Schrift die Tochter Zion genent wird, darum, daß ſie unter der Oberſtadt gelegen, und von derſelbigen, als von einer Mutter gebohren und herkommen war.„

(*) LYRAE verba adducentur mox ad §. ſeq. VI. FLACIVS vero vero ita habet: *Filia Zion dicitur Hieruſalem, Jeſ. I. v. 8. Zach. IX. v. 9. quia erat ſubiecta munitiori, editiori et denique honoratiori loco Sioni, vbi fuerat arx David, vbi etiam Tabernaculum et miniſterium aliquandiu fuit. Sic etiam Pagi etc.* in Clav. Scr. S. P. I. ad voc. FILIVS et FILIA.
(**) in notiſſimo Volumine der jüdiſchen Heiligthümer: I. B. XL. Cap. p. 266. c. 1. edit. opt. WOLFIANAE.

§. VI.

Nondum enim pondere omni deſtituta planè videntur, quæ

quæ etsi *durius* aliquantum IOH. DRUSIUS sequenti super Quæstione pronunciauit olim: *Cur Ierosloyma nuncupatur Filia Sion? an quia subiecta erat arci Sion? coet.* Ita vero habent (*): *Ratio hæc tantum distat a vera, ὅσον οὐρανος ἐς ἀπο γαιης, a terra quantum sublimis distat Olympus. Nam utut minora* oppida *dici possint* Filiæ, *respectu ejus, quæ* Metropolis, *non sequitur idem fieri respectu* partis. *Est autem* Sion *proprie* pars *urbis* Ierusalem. *iam vero quo respectu dicetur (NB.)* Filia Ierusalem? *Filia Edom? Denique exemplo caret, et contra* consuetudinem *est literarum sacrarum, ut Filia dicatur ea pars urbis, quae subiecta arci. Nec valet ratio Nicolai, (**) quia defenditur ab arce ut mater a filia. Nugæ istæ coet.*

(*) *Quæstion. Ebraic.* L. I. Qv. VI. p. 6. 7. edit. *Franeck* 1599.

(**) NICOL. intellige *Lyranum*, siue *de* LYRA, cuius deinde verba adducit ex *Postilla* ad *Matth.* XXI. 5. „*Dicite Filiæ Sion! hoc est, Ciuitati Ierusalem, quæ dicebatur Filia Sion, quia in monte Sion erat fortalitium ciuitatis illius, et protegebatur ciuitas ab ea parte, sicut filia a matre.*„

§. VII.

Itaque, rejecta sic sententia illa, per בת FILIÆ vocabulum in *Phrasi Filia Sion.* (ut scribit, vel rectius *Zijon*, qua orthographia in *Geographicis* etiam bene notanda distinguitur nostrum שׂיאן â ציון IOS. XIX. 19.) et similibus quid intellectum censeat ipse? si quæris. Rs. COETUM *civium habitantium* in Sion. Atque huius sententiæ Antesignanorum par nominat sanè insigne ex Hebræis ipsis, *Chaldæum* puta interpretem cum D. KIMCHI, verbis: „*Sic enarrat autor Thargum Psalm* 9. 15. *Nam civium multitudinis eadem ratio ad civitatem quæ filiæ ad matrem. Camius (*) interpretes Iezech.* 16. 2. (**) *ad proverbium*:

Qualis mater, talis filia.
(כאמה בתה).

Mater, inquit, per metaphoram, i. e. terra Chananæa, filia vero

i. e.

i. e. Synagoga Iſrael. Siquidem Synagoga vocatur Filia interdum, ut cum dicimus: Filia Ieruſalem, Filia Sion, filia Edom.„

(*) i. e. קמחי KIMCHIUS. Audiatur explicationis ergo DRUSIUS ipſe „ - - - *R. David Kimchi, inquit, quem NB. nos, Camium vocare ſoliti ſumus. Nam qui Germanis Kimchi, Hispanis Iudæis dicitur Camchi ſiue Camhi, unde Camius, litera Heth aſperiore, ut fit, extrita.*„ Ita ille in *Commentar.* ad *loca difficil. Pentat. p.* 267.

(**) *potius* 44.

§. VIII.

Ut adpareat, qua voce chaldæa בת יהי *Filiam*, ψ l.c. (Auf daß ich erzehle alle deinen Preis in den Thoren der Tochter Zion.) expreſſerit Autor Thargum, juvat verba eius hic adponere ipſa. Habet vero: תרעי כְנִישַׁת צִיוֹן pro Hebraicis: שַׁעֲרֵי בַת צִיּוֹן. Verum et illud meretur notari, eundem ea dem in ſimili et eadem phraſi pro explicanda בת *Filia* alibetiam et frequentius eſſe uſum, v. g. Jeſaj. I. 8. et Jeremj. VIi 23. de Filia Zijon. Sic ZACHAR. IX. 9. (Du Tochter Zion freue dich ſehr, und du Tochter Jeruſalems jauchze!) ubi pro utraque, בת ציון et בת ירושלם ille כְּנִשְׁתָּא דְצִיּוֹן et כנישתא דירושלם reponit; ſic pro בת עמי *Filia populi mei*, IERE-MJ. VI. 26. כְּנִשְׁתָּא דְעַמִּי. Haud differt tò כנסת, quo utitur *Kimchius*, cujus verba originalia adduxiſſe præterea ideo operæ non erit pretium nullum, quod differentia ea deprehendamus aliquantum a Verſione Druſiana. Ita nimirum habent: (*) האם הוא על דרך משל ארץ כנען והבת הוא כְּנֶסֶת ישראל והכנסת תקרא בת כמו שכתוב בת ירושה בת אדום Utitur vero idem eodem ſenſu etiam voce Biblica, עדה nimirum v. g. in eadem Regula alibi (**) his verbis expreſſa: על דרך המשל תקרא העדה בת · בת עמי · בת ציון · בת בבל וכו' i. e. *Metaphorice (ſ. analogicè, comparatè, Schematicè)* עדה *vocatur* בת *filia (Ut:) filia populi mei, filia Zijon, filia Babel coet.* Atque ex his effecit germanicum ſuum אויז זאמילונג i. e. Einſammelung von Zijon, R. JOSEPH ALEXANDER WITZEN HAU-

HAUSEN in *Verſione* v. c. Pſ. IX. v. 15. et פאר זאמלונג i. e. Vorſammelung v. g. ZACH. II. 7. Hoj! die Vorſamelung von Zion ſey entrinnen. Sed redeundum nobis, unde §. VI. ſumus digreſſi.

(*) in קהלות משה ſ. *Bibl. Rabbin Maximis* R. MOSIS FRANCKFURT, Tom. III. fol. 223. verſo.
(**) in ס' השרשים *Libro Radic.* ſub R. בנה, Col. 68. edit. *Venet.* 5306. C. 1546.

§. IX.

ARNOLDUS itaque porro BOOTIUS ad *Jeſaj.* XXIII. 10. de *Filia Tarſis* ſententiam dicturus, poſtquam pronuntiarat, בת *Filiam* in hujusmodi locutionibus *Multitudinem* denotare, non quamcunque tamen, ſed ſtrictius *aboriginum ac indigenarum*, ſive qui *revera, et origine ac patria* v. c. Tarteſſii ſunt, planè Regulam hanc ponit generalem: בת *nunquam ipſam* TERRAM *ſive* REGIONEM, *ſed* POPULUM *ac* CIVES *ſignificat.* (*) Contrarium ſtatuit equidem LUDOVICUS *de* DIEU, ad ZACHAR. ll. 11. ita commentatus: *Heus Sion eruete*, יושבת בת בבל. „Vulgatus et Iunius, *quæ habitas* apud *filiam Babel*, Pagninus, „cum *filia Babel.* Ad verbum malim, *habitatrix filiæ Babel, vel* „*inhabitans filiam Babel*, prout LXX. habent: κατοικοῦντες θυγατέρα Βαβυλῶνος. Eſt enim בת בבל REGIO ſeu TERRITORIVM Babylonis, cui Urbs Babel tanquam Mater dominatur. „Pagi et Oppidula vocantur בנות filiæ„ (**) Aures his arrexit tanti nominis Philologus inter alios IOHANNI HENR. HAENERO, contra VORSTIUM (quem vellem nobis ad manus eſſe) inde pronuncianti, quando ſcribit (***): - - - - *E quo loco ſimul adparet*, בת בבל *non ſemper accipe poſſe pro* INCOLIS *Babylonis, ceu vult Cl. Vorſtius, philol. ſacr. de Hebraiſm. N. T. part alt. C. 24. p. 74 Alioquin enim* ταυτολογία *eſſet in loco Zachariano.*

(*) *Animadverſ. ſacr. ad Text hebr. V. Tti.* L. IV. C. IX. §. 4. p. 191. Auctor Doctiſſimus, patria *Anglus*, profeſſione *Medicus*, adſcribendus merito eſt *Medicorum* filiis illis, *de* quorum *Meritis in S. Scram* peculiari egit *Diatriba, Celeberr.* IOH. HENR. A SEELEN

LEN, *Meditat. Exeg. P. IIdæ*, p. 699. ſqq. Ex Hebræis addi etiam meretut R. OBADIAS SPHORNO, Magni REUCHLINI *Romæ* in Hebraicis præceptor, variisque ſcriptis exegeticis clarus. Sed hoc obiter.

(**) *Animadverſ. in V. Ttum*, l. c. p. 725.

(***) in *Exercit. de* בת קול, C. 1. §. 2.

§. X.

Verum, ſi magis nihil, hæc ſane non infringunt, vel ſententiam *Vorſtianam*, vel *Bootianæ* regulæ univerſalitatem. Ceſſat enim ταυτολογιας ſpecies omnis, cum hac vero exceptionis fundamentum, ſubaudiendo particulam quandam et in Verſione ſupplendo commodam, faciunt quod præter *Vulgatum*, *Iunium* atque *Pagninum* a de Dieu ipſo adlegatos, v. c. Interpres *Polonus*, *Bohemus*, *Belgæ*, *Suecus*, ipſe noſter quoque *Lutherus*, vertens: die du wohneſt bey der Tochter Babel, (*) Imo ex Hebræis ipſis R. IEUTHIEL *ben* ISAAC BIZZ, reddens, die da wohnet (בויא) bey die Tochter von Babel. Et Doct. ABEN ESRA, ſupplendo עם. i. e. *cum*. Cape Scholion eius integrum: הוי יושבת עם בת בבל. וחטעם שובי אל ארצך ואל תשכני עם זרים i. e. *Heus - - - habitans* CUM *Filia Babelis. Senſus vero eſt: Revertere in terram tuam noli habitare* cum *peregrinis*. Ubi notandum bene, cum utraque particula rite conſtrui hebraicum ישב *Sedendi* aut *habitandi* Verbum, æque ac latinum, videlicet אצל, *apud*, bey, *Nehem.* II. v. 6. VI. 6. 1 *Sam.* XX. 19. et: CUM, עם, ut 1 Chron. VIII. 31. IX. 38. Pſ. CI. 6. pro quo eodem ſenſu eſt et את, ut *Judic.* XVIII. 11. לשבת את-האיש, pro quo commate præced עמרי שבה.

(*) Non prætereundus hic quoque eſt CHR. NOLDIUS, vir particularum ſtudioſiſſimus ac peritus, inter *ellypticas* locutiones ſub עם, locum noſtrum Zacharianum recenſens et ipſe, in *Concordant. Particul. Ebræo-Chaldaicar.* p. 740.

§. XI.

§. XI.

Nos, age, *differentiam* nunc obſervemus, בת atque בנות ſive *Filia*M atque *FiliaS*, intuitu metaphorici iſtius uſus quæ notabiliter intercedit. Nimirum, quod denegabatur *Unicæ* hic *Singulis* ſive, facile id et ab omnibus impetrant ſibe unitæ *Plures*. Id volo: In *Plurali* בנות FILIAS *utique aliquando tropice denotare ipſa* LOCA. Ita E.g. inter reliquos docet KIMCHI: (*) נקראו המגרשים והכפרים בנות לפי שהם כבנות לעיר והעיר להם כאם i. e. „*Suburbia atque Pagi vocantur FiliÆ*, „quoniam ſe habent inſtar *Filiarum* reſpectu *Urbis*, Urbsque „viciſſim inſtar *Matris* reſpectu illorum.„ Ex pluribus vero, quæ in Scriptura tripartita occurrunt, in exemplum ſequentem adducit locorum Trigam: (α) *Beth San* ובנותיה *et Filias ejus coet.* 1 *Chronic.* VII. c. 29. Forte quod claris claudatur verbis: *in his habitarunt* coet; (β) *Kenath* ובנותיה *cum Filiabus eius*, ex *Numer* XXXII. 42.; (γ) בָּנוֹת *Filiæ confidentes percipite auribus eloquium meum!* ex *Jeſaj.* XXXII. 9. (ubi præcedit: נָשִׁים *Mulieres opulentæ ſurgite coet*: ut placuit *Vulgato*, I. uti L. Stehet auf, ihr ſtolzen Frauen, = = = = ! ihr Töchter, die ihr ſo ſicher ſeyd, et reliqua) per נשים intelligens הערים *civitates ſ. Urbes*, per בנות vero הכפרים *vicos ſ. pagos*, *oppidula*, ut vocant. Res apud omnes eſt in confeſſo, generaliter ſpectata nimirum, unde plura non addo. Id interim vero hic velim obſervari bene, exempla iſta duum ſaltem eſſe generum, ſcil. ubi בנות *Filiarum* nomen iſto ſenſu occurit 1. poſitum *abſolute* 2. poſtpoſitum, cum *Subfixo* ad præcedens urbis nomen expreſſum *relativo*. *Tertii* itaque generis, puta ubi præpoſitum illi in forma ſit *conſtructa*, cum adferat KIMCHIUS hicce nullum, facile quis, a ſilentio argumentando inducetur, ut credat non reperiri ullum, ex ſententia ſaltem huius Doctoris. Quare adnotandum nobis venit Scholion ejus ad *Jerem.* XLIX. 3. vbi memorantur בְּנוֹת רַבָּה *Filiæ Rabbath*, ſcilicet: וגם בְּנוֹת רַבָּה׳ והם הכפרי׳ של רבת. בני עמון׳ צְעַקְנָה׳ כי לא וכו׳ (**). Verto: „Etiam vos *Filiæ Rabbah*. i. e. Villæ (aut Pagi, Urbis) Rab-

 „bah

„bath filiorum Ammonis. *Vociferate.* Quoniam nullum erit il-„lis refugium ad Rabbah, urbem quamvis regiam, (metropo-„lin regni,) occupabitur enim et ipſa. Quando autem Filias „Rabbath alloquitur verbis: *Vociferate, ſaccos accingite, plangite!* id „aut ſchematice dicitur (per proſopopœian) aut (metonymice) „ad populum illas inhabitantes.„ TARGUM juxta poſteriorem ſententiam habet, nimirum יָתְבֵי כַפְרָנֵי רַבָּה i. e. *incolae pagorum* תיס *Rabbah.* Inſpice contextum.

(*) in ס השרשים col. ad §. praed. VIII. exeitata.
(**) *Biblior. Rabbin. Maxim.* Volum, III. fol. 199. c. i.

§. XII.

Vidimus ſic inter reliqua, בנות FILIARUM in *Plurali* nomen, Urbis nomini in regiminis ſtatu præpoſitum, quid *improprie* ſignificet ac *figurate.* Quid *proprie?* jam quæritur *Feminas* easqua indi *Genas* potiſſimum, quales citra ellypſin בנות אנשי העיר *filiæ* VIRORUM (S. *Civium aut incolarum illius Urbis* phraſi dicerentur plena et dicuntur certe *Geneſ.* XXIV. 13. Latius vero *incolas* ac *cives* quasvis, *indigenatus* quaſi iure donatas. Ita nobis videtur.

§. XIII.

FEMINAS vero dixi indefinite et *generatim*, abſque ſcil. reſpectu ſive ad *ætatem*, ſive ad virginitatis *Statum*, qualis ſicubi ſub-Contextus reſtringet) ſed ad *Sexum* una cum *Indigenatu.* Neque ſit reſpectus, enim בנות *Filiæ* ſic opponuntur *Matribus*, verum תוס בְּנֵי FiliiS alicujus Loci. Hoc autem, *Filiorum* ſ. בנים titulo veniunt non *filioli* præciſe *juvenesque*, verum et, (ſi non hi potius) *viri* ipſi, *parentes*, *incolae*, atque *Cives*, utut decrepiti *Senes*, in genere MARES. Neque etiam deſinunt uti *Filii* ſic *Filiæ* Civium alicuius Loci, eorundem eſſe *Filii Filiæque*, ad quemcunque ætatis vel alium pervenerint ſtatum. (*) Exemplum qua *Filias* ſi cupis, relege LUCÆ XXIII. 27. coll. 28. ubi (Es folgte ihm aber

aber = = ein Hauffe = = = = = Weiber = = = =. JESUS aber = = = zu ihnen (αὐτάς F.) und sprach: ihr TÖCHTER von Jerusalem! = = = = = eure Kinder. *Turba* ubi γυναικων, quam certe meris *Filiolis* quâ ætatem, *virginibusque* qua statum si constitisse quis præsumat, reclamantem integrum mox habebit contextum, cum antecedentibus subsequentia. Nihilo tamen illa minus θυγατέρες Ιερυσαλὴμ (בנות ירושלם.) FILIARUM *Ierusalem* Titulo adpellatur a Salvatore nominatim.

(*) Notamus hic parallelam phrasin vernaculam germanicam, Stadtkinder cum hebraica בני העיר. (Kinder oder Söhne der Stadt.) *Filii Urbis* Sic Landeskinder l. Landes-Söhne cum בני המדינה

§. XIV.

Differentiam observavimus supra (§. XI.) intuitu *Figurati Sensus*, inter *Singularem* בת *FiliA* atque בנות *FiliÆ*, quæ intercedit. Hinc nunc observare licet parem, intuitu *proprii* quoque sensus. SAL. GLASSIUS nimirum quamvis Regulam suam hancce: „*Si nomen Loci, Urbis, Populi, addatur, tum per Civem, „Inaolam, Alumnum esse, vel per Patronymicum nomen facienda „est declaratio*„ (*) ad *Singularia eriam* בן et בת, *Filius* et *Filia*, velit relatam; lis tamen e diametro est opposita regula seu Observatio ABENESRANA, juxta quam stylo sacro et experientiæ adversantur, ita statuendo. Sonat ita: אין משפט לשון הקדש לאמר על שם פרט שהוא בן עיר רק אם היה על ורך כלל כמו בת ציון (**) i. e. vertente eam HADRIANO RELANDO (***): *Non est mos Linguæ sanctæ, de UNO homine ut dicat, esse eum FILIUM Urbis, sed Generatim dicitur FILIA Tzion, coet.*„ Ubi tamen clarius reddi potuissent quædam, quod collatio haud difficulter docebit.

(*) *Philolog. Sacr.* L, III. Tr. I. Can. 36. 4.
(**) in *Commentar.* ad HOS. I. 1.
(***) in *Palæstina illustr.* L. III. p. 728. 729.

§. XV.

Mira, dicet quis, ſane res! *Si enim* (argute dicente RELANDO) *verbi gratia, centum Viri ſunt* בָּנִים *alicujus Loci, annon unus eſt* בֵּן? quod idem de בנות *Filiabus* atque בת *Filia* quæri atque objici poteſt. Verum, quam etiam videatur mira, ABEN ESRÆ obſervatio tamen, *Uſui* quippe innixa *Biblico*, deſtruitur non per admirationem, verum per exemplorum contrariorum, omni exceptione majorum, ex Codice ſacro ipſo, inductionem. Cum vero Vir Magnus, RELANDUS, invenerit vel adduxerit plane nullum; (quanquam *extra biblicum* unum de בן); unicum autem illud a B. GLASSIO (*) adlatum, cum plane non ſit ejus generis deſiderati, ſtabit per illud quidem ſententia A. E. adhuc immota, donec aliunde, ſi poteſt, liquido contrarium probetur.

(*) Verba GLASSII ſunt: „*Geneſ. 36. 39.* „*Nomen vero uxoris ejus* „*Mehetabeel, Filia Matredi,* בת מי זהב FILIA Mezahab„ *h. e.* Mezahabenſis. *Eſt n. hoc nomen Urbis, quæ Syriace* מי דהב *h. e. Aquæ aureæ, a Ptolomæo vero Medava appellatur. Ium.* Sed qualis conſequentia? Vid. Interpretes Hebræi, ex noſtratibus MERCERUS, alii.

§. XVI.

Verum *Singularia* Terminorum בת atque בנות ſcrutari hic aut ediſſerere ſingula, noſtri non eſt inſtituti, et non vel lubet vel vacat. Miſſis itaque, quæ dici poſſent, reliquis, ad ipſas nos conferimus בנות ציון FILIAS ZIJONIS. Per has quid intelligi *poſſit*, vi vocis בנות *Filiarum*, juxta genium Sanctæ Linguæ conſideratæ, ſive proprie ſumtæ aut phyſice èt genealogice, ſive impropriè aut analogice et geographicè, clarum faciunt §§i præcedentes XI. XII. atque XIII. generatim. Quid vero intelligi hoc ſpeciatim loco IESAJ. Cap. III. 16. *ſ. debeat*, jam nobis venit indicandum.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn829623825/phys_0020
DFG

§. XVII.

Per בנות ציון FILIAS *Zijonis* itaque hic nihil intelligitur aliud, quam *FEMINAE Zijonis* ſive *Zijonicæ*, aut *Zijoniſſæ*, Das ZIONITISCHE FRAUENZIMMER, die ZIONITINNEN, proprio ſic et phyſico ſenſu non tantum (§. XII.) ſed et in *nativa* latitudine ſua (§. XIII.) terminum *Filiarum* accipiendo. Improbantes proinde illos, qui meras *Virgines* hic ſibi videre videntur, laudes tribuimus promeritas AVGVSTO VARENIO noſtrati, nomine Filiarum et *Matres et Filias* hic repræſentari adnotanti (*), tum et CAMPEGIO VITRINGÆ, qui *Matronas et Virgines* exhibet nobis, (**) quique faciunt cum illis. Non enim reſtringit Contextus, ideoque non reſtringendum eſt quoque nobis. Accedit, quod eædem procul dubio hic ſint בנות ציון, quæ præcedenti v. 12. dicebantur נָשִׁים *Mulieres*, *Feminæ*, termino non generali tantum, ſed et pro Matribus Uxoribusque poni ſolito aliquando diſtinctim. Præclarus eſt locus *Jerem.* XXXV. 8. vbi: *Nos*, נָשֵׁינוּ UXORES *noſtræ*, *Filii noſtri*, *et Filiæ noſtræ*. Similiter *2 Chronic.* XXIX. 9. Sic in Commentario RASCHII ad c. 12. citatum, ad verba: Et נשים *Mulieres* coet. legimus: נשים נואפות משלו בו כמו שאמור למטה יען כי גבהו בנות ציון h. e. *Mulieres mocchæ dominantur illi, quemadmodum dictum eſt infra: quoniam ſuperbiunt Filiæ Zijon.* Et ad comma 16. viciſſim ita: (***) ויאמר ה' על הנשים אשר משלו בעמי יען כי גבהו וגו' i. e. Ieeirco dicit JHOVAH. *Scil. de Mulieribus illis, quæ dominabantur populo ſuo*: Quoniam ſuperbiunt Filiæ Zijon *coet.*

(*) *Commentariorum* in JSAJAM, P. I. p. 57.

(**) *Commentarii in Librum prophetiar.* JESAJAE, P. I. p. 95.

(***) Ita nimirum hæc, quorum apud illuſtr. BREITHAVPTVM neque in *Verſione* ejus *Commentariorum Raſchianorum* latina, neque in adjectis *Notis* veſtigium occurrit ullum, reperimus tamen, ſed parentheſi incluſa, in editione, qua utimur τῶν מגרים MAGGIDIM, *Amſtelod.* A. 459. C. 1699. *Voluminibus* IV. quæ est curata. Quod idem Scholion in ſubſtrata

ſtrata ibi *Paraphraſi judaica Germanica* expreſſum ſpecitur ſequenti modo: אונ' ער זאגט נאט אויף דוא ווייבר וכו' Und er ſaget, Gott, auf die WEJBER, die Sonos (Huren) die da gewältigen an die Mannen, as oben gedacht is: יען jaan, Darum daß ſie haben ſich hoffärtig gehalten die TOECHTER von die STADT ZJON rel.

§. XVIII.

Atque de Termini huius complexi voce priori ſcil. בנות Filiæ, ſufficit dixiſſe tantum. Quales ZIJONITICÆ ſpeciatim, hic ſint feminae? jam diſpiciendum reſtat. Quod itaque ad poſteriorem, ציון ZIJON, conſtat eam ſumi nunc *latiſſimè* pro *Regno* ſ. *Regione* Iudaica integra, nunc *latius* pro Urbe *Jeruſalem* integra, nunc denique *ſtrictè* pro Urbis hujus *Parte* una *ſuperiori*, (ἡ ἄνω πολις, die Oberſtadt in Jeruſalem). eminentior puta reliquis quam ſuſtinebat *mons* celeberrimus *Zijon*; עיר etiam דוד, *Urbs Davidis*, die Stadt Davids, dictâ; quæ *Regia* erat *Regum Iudae* inde a temporibus DAVIDIS et ordinaria *Sedes Soliumque*, die Reſidenz der Könige von Jhuda. Ad hanc ſtrictiori ſenſu, propriè, primò, primarioque dictam *Zijon*, oculos in redargutoria Oratione ſua *primario* et præcipuè elevaſſe Prophetam, ZIJONITICIS feminis judicium Dei denunciando, non eſt cur dubitemus. Suadet id, vel poſtulat potius, Contextus cohærentiaque Elenchi. Placent, quæ hic VITRINGA ad v. 16: *Cohæret omnino*, inquit, *hæc oratio ſuperiori: idque obſeruatu utile eſt. Cum enim Deus* PROCRES *Judæi populi redargueret in judicio iniquitatis, juſticiæ, et rapacitatis ſuæ in expilando populo: argumentum illius rei ſumit ex* Superbia & Luxu NOBILIUM Matronarum et Virginum, *quarum* Ornamenta (inſignia ſanè, cumulata et pretioſa) *ex ſpoliis plebis collecta* ſuperbe *& inſolenter ab iis gerebantur.*„ *Aulicas* habent *Notæ Anglicanæ* coet.

§. XIX.

Ante, quam claudamus, *Metamorphoſeos* cujusdam *Zioniſſarum*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn829623825/phys_0022
DFG

rum a FORERIO (*) Interprete Docto aſt ſubaudaci, tentatæ, mentio injicienda ; qua nimirum in *Mares*, puta *effeminatos*, transformare percupit illas, reos ſic faciens hosce transgreſſæ *Legis* noſtræ לא ילבש גבר Ne induito VIR (per *Diſſert.* de M. M. 1. §. 2. et 25). Aſt luxuriatur hic *Forerius*. Neque enim ulla adeſt ratio movens, nedum urgens neceſſitas quædam a proprietate literae hic recedendi. Et quid, ſi ita ſentias, de integro illo Filiarum Zijon ſpecifice et nominatim expreſſo adparatu Cultus v. 18. ſqq. fiet ? Qua quæſo, retoricationis arte *Singula* eius ad Viros quanquam eviratiſſimos, adplicando pertrahentur? Præſenſiſſe videtur argumentum vir doctus ipſe, in ejus enim occurſum faciunt, quæ ſubdit: „*Sunt autem hæc* Omnia *figurate accipienda*, *neque opus fuerit* (NB.) Singula *interpretari: ſed* Omnibus *illis nominibus, quæ ad* Mundum muliebrem *pertinent*, effeminatos animos *atque* mores *deſignat*.„ Itane verò operam luſiſti *Singula* recenſendo, o divine Vates! Abſit. Innititur autem ſententia alteri, quâ נשים prædominantes ex v. 12. catachreſtice de viris accipiunt, ſed fruſtra, quidam. Unde illi, ingenioque tanquam diffiſus ſuo adjicit demum *Forerius* ipſe: „*Quod ſi quis dixerit, ſupra (v. 12) quoque de ipſis Feminis debere intelligi quod auctoritatem habuerint in Viros, quaſi taxaret quod Uxorii eſſent et ipſis parerent, dicat hæc quoque ad ipſas Feminas pertinere.*„ Atque hæc hactenus de בנות ציון, ZIONISSIS.

(*) *Criticor. Sacror.* Tom. II. col. 2259. et 2262.

SECTIO IIda,

DE

גלוניים

GILJONIM.

§. XX.

Est inter S. Scripturæ loca sive fontes, queis ex *Mundi muliebris*, ejusdemque sive usus sive abusus, notitia præbetur haurienda quædam, nullus facile copiosior aut uberior illo, adaperuit quem Vatum illustrissimus, JESAJAH, in Elenchtico Sermone quodam speciali, Vaticinii sui Cap. IIIio. Catalogum id exhibet atque *Designationem* multifarii *Adparatus* curiosam, in exornando comendoque a capite ad usque calcem superbientium *Filiarum Zijon* corpore mollicello cujus erat *ævo suo* ad *abusum* usus; et ne gressibus quidem incedentium speciose, aut gestibus gestuosarum fastose, complemento puta vanitatis superbæ, fastusque, ita dicam pavonini, prætermissis.

§. XXI.

Splendido illo *Filiar. Zijon* ex *Adpar.* unicum aliquod, את גלוניהם *Giljonim*, proprius quoad fieri potest est et accedere nobis concessum, Iustrare, animus est. Auget curiositatem, quod *semel* non nisi se exhibeant *speciunda*, sive ἅπαξ quod sint λεγομενον stylo nostratium Criticorum, occurrens apud solum Prophetam JESAJAM C. III, 23. sub tessara itaque לא, h. e. לוא f. *Non Amplius*! inscriptum a Criticis Hebræis, *Masorethis*. Auget vero idem hoc simul et difficultatem penitius ea cognoscendi.

§. XXII.

§. XXII.

Duplex interim de iis *ſententia* inter noſtrates inclaruit *hodie UNA*, quâ *Specula* exiſtimantur eſſe. Atque hæc *receptior* eſt *Hebraeis*, quæque LUTHERI noſtri, reddentis Spiegel, quoque calculo adprobata, *unica* quondam et *communis* fuit Interpretum *Chriſtianorum*, ineunte adhuc *Seculo XVII.* ex obſervatione ſcil. NICOLAI FULLERI (in *Anglia* Eccleſ. Cathedral. Sarisbur. tunc *Canonici*, circa annum ejus IX. adnotantis: „*Vetus Interpres Latinus* גלירן, Speculum *reddidit. Sic Paraphraſtes Chaldæus. Sic Iudæorum Doctiſſimi. Nec quisquam noſtrorum (quod equidem ſciam) aliter tranſtulit.*„ ALTERA eſt, quam juxtà גליונים *Veſtes* ſunt *pellucidæ* quædam ad *Luxum* comparatæ a *Lasciviam*, quamque ſepultam diu ſuscitavit ipſe FULLERUS, quæ et aures arrexit dehine VITRINGAE, GUSSETIO, HOHEISELIO, Philologis inclytis; unde innotere coepit jam & hæcce atque invalere, priori vel relicta prorſus vel dubiis ſaltem adſcripta, paſſim.

(*) *Miſcell. Sacr.* L. V. C. XX.

§. XXIII.

Quo jure id factum, qua vel injuria? dispicere hic, in ea, quæ vel *Speculorum* notioni adverſari, vel favere *pellucidæ Veſti*, Viris illis doctiſſimis ſuit viſum, inquirendo *Singillatim*, limites Diſſertationi huic præfixos transcenderet nimis. Age, itaque prodeat *Speciminis* ergò NICOL. ille FULLERUS, imprimis cum ipſemet primum ſe exiſtimet inter noſtros, qui *Verſionem* ſollicitarit *receptam*.

§. XXIV.

Audiamus itaque nunc prius, quam magnifice tamen convictus de *illâ* ſentiat ipſe. Ita vero poſt iſta §. XXII. adlegata, diſſerere pergit: „Quippe *Verſio* iſta, et *Nominis rationi*, et „*Rei* ipſius *veritati* ADMODUM *conſentanea* eſt. Etenim *Speculum* quoque *detegit*, *revelat*, *aperit*, ſi quid uspiam eſt in cor-

 „pore

„pore, ejusque amiciendi modo, dedecoris, ut de more corri-„gatur. Et ex *universa Suppellectili muliebri*, maxime *necessarium* „semper existimatum est *instrumentum*. Permultum igitur abesse „jure videatur, ut, quum propheta illic bis terve vestimenti „delicati, foeminarum meminerit, *Speculum* tandem, *præcipuam* „quandam *Mundi muliebris partem*, penitus usquequaque omise-„rit.„ Quæ cum ita sint, tam egregiis Versionem receptam cum niti rationibus probe habuerit perspectum *Fullerus*; si non animum novaturientem, sonticas certe causas illius sollicitandæ tamen, subesse debere, existimabis omnino. Sed eæ quales sint, jam percipe. „Nihilominus (ita pergit) spernenda „non est Versio *Græca* (habens διαφανῆ λαχονικὰ. *Perlucida Laco-„nica*, scil. *Indumenta*, ut putat). Nam et *originationem* obtinet *æque* „*probabilem*, & prophetæ *consilio*, *Luxum* præcipue et *Lasciviam* „feminarum gravissime increpantis, MAGIS *Consonam* esse liquet. „Siquidem *Vestes* illæ, *transpectus* ratione, mulierum turpissi-„mam *Lasciviam*, *pretiosa* vero tenuitate ac mollitie, pudendum „*Luxum* palam arguebant. Horum autem vitiorum *Neutrum* in „ipso *Speculorum* per se *usu* cernitur aut damnatur.„ Ita ille.

§. XXV.

Quæcunque ex diversis his duabus Versio non tantum 1*mo* Originationem obtinet æque ac altera probabilem, sed et 2*do* Auctoris Consilio consona est magis (aut accommodatior scopo, ut habet Capitis Summarium), illa non est spernenda; Atqui quæ *Vestes* habet *pellucidas*; Ergo &c. Ita pronte *generatim* habet argumentum *Fulleri*. Nos, qua Propositionem generalem s. Majorem, largimur ultrò, talem Versionem non esse spernendam, immo largimur magis ad huc, esse scil. eam præferendam, si verè id de ea fuerit demonstratum. Ad Specialem autem s. minorem, cum distinctione respondemus. Et quidem quod ad membrum ejus Imum, salvis rebus Versionis receptae illam concedere possumus

mus faciles. Notandum tamen obiter, *splendendi* & *nitendi* v. g. *Gemmæ* instar *metàlli aut politi* notio e Radice גלה in Orientem elucens hodienum, (Cf. *Diss.* de M. M. II. §. 11.) quod tanquam faventior Speculis quodammodo possit urgeri; Etymologorum etiam quosdam a גלל arcessere malle. Unde duplicem etymologicam rationem pro Speculis adfert RASCHI: scil, dici ea גליונים vel quia מְגַלּוֹת *revelant* formam faciei, vel quia forte *Specula* illarum erant מְגֻלְגָּלוֹת *convoluta. s. involuta* aut *volubilia.* Quæ Vox a BUXTORFIIS non notata, nec alibi nobis observata, in M. AJGGIDIM ad h. l. declaratur ita, ut non de *involucro* quodam, sed ipsa Speculorum materia accipiatur. Verba sunt: דיא שפיגל דיא אנטפלעקן (הגליונים) i. e. Die Spiegel, die entflecken (*). das Panim (Angesicht) von Menschen. Oder ihr Spiegel vor Zeiten mag man haben gekönt zuwickeln, denn sie mögen NB. nit seyn aus Glaß gemacht gewesen.

(*) i. e. entdecken, aufdecken, offenbahren. De quō videri proximè אוה, poterint in *Glottario* nostro *Hebræo-Teutonico* plura.

§. XXVI.

Quod vero ad *membr. 2dum*, adseritur quō, Versionem quæ *Vestes* habet *pellucidas* prophetæ *consilio* atque *scopo consonam* esse MAGIS probari illud postulamus porro, nimirum; consilium atque scopum Prophetæ PRAECIPUE *Luxus* et *Lasciviæ* feminarum increparionem fuisse. Quod si non fieri possit unquam, reprobamus atque negamus simpliciter, claræ Scripturæ literæ tanquam adversari visum, qnæ τὸ גבוה EFFERRE SE, diserto et *præcipuo* ponit loco, verbis: יען כי גבהו בנות ציון L. Darum, daß die Töchter Z. stolz sind! non (Darumb, daß sie Ueppig und Verschwenderisch sind) quia *luxuriosæ* et lasciviæ sunt. Conferendus cum hocce venit illustris ille *Jezech.* C. XVI. 49. 50. locus, ubi גאון et גבה *primo* itidem loco recensetur inter peccata, *Sodomæ* quæ sufficerint evertendæ. L: Siehe

(Jeruſalem!) das war deiner Schweſter Sodom Miſſethat, HOFFARTH גאון - - - - Sondern waren ſtolz ותגבהינה. Addatur *Cap. XXVIII.* ubi de ruina *Tyro*, *v. 5.* atque 17. גָּבַהּ לִבֵּךְ ביפיך, ut taceamus plura. Denique, Faſtus *Superbiæque* petulantis, *Speculum* per abuſum fieri *inſtrumentum*, vanitati muliebri, præ reliquis ferè *Mundi* ſui omnibus, ſingulariter ſubjectum et indeſinenter, conſtat inter omnes, et ſecundum illud:

a ſpeculi Faſtus ſumuntur imagine.

§. XXVII.

Sed demus aliquid hic FULLERO, et nihil tamen ſic lucrabitur quicquam. Quomodo enim ad LASCIVIAM excitandam conferre ſuum quoque *Specula* poſſint, facilis eſt obſervationis. Verum et LUXUS in comparandis *Speculis* exserere ſeſe poteſt, idque non unico modo, ſed ratione *materiei* pretioſioris minus nunc nunc vero magis, *magnitudinis*, *multitudinis*, et ſic porro. Et ſanè, quantum vel *vitrea*, majora præſertim, et mulierum ad deſiderium præprimis earundemque in gratiam comparanda atque multiplicanda, in tanta licet vitri hodie copia, ſumtuum poſcant ſibi, cum detrimento ſoepe rei Familiaris experiuntur Maritorum multi. Neque enim omnes ſunt *Croeſi*. In exemplum aliquodhujuscemodi ſumtuoſiſſimi aliquando in Oriente luxus, legiſſe placebit ſequentem AD. OLEARII relationem. „(*) Den 19. Novem. richtete Eatem ad Döwlet oder Reichs-Cantzeler, den (Hollſteiniſchen) Geſandten ein groß Panquet an, in einem herrlichen Saale, welcher alsbald im Eintrit trefliche Augenluſt gab. Dann mitten in einem Vorgemach war ein groſſer Brunnen, welcher durch etliche Röhren das Waſſer über Mannshöhe empor warf. Der Principal Saal, ſo oben an den Wänden, gleich in Seferasbeck Behauſung mit vielerley Nationen Weibertrachten Europäiſchen Gemähldes behänget, war unten mit vielen groſſen und etlichen 100. kleinen Spiegeln, ſo alle in den Wänden ordentlich eingemauret, und künſtlich geſtellet, gezieret; Daß wer

wer in der Mitten des Saals stund, seine Gestalt vielfältig auf einmahl sehen konnte. Addit. * * * Dergleichen, und noch schönere SPIEGEL-GEMACH, da an den Wänden und Decke nicht eine Handbreit etwas anders als Spiegel gesetzet, soll auch der König (von Persien) in seinen Palat, neben dem FRAUENZIMMER haben„. De Speculis *pretiosis*, *Portatilibus* et in *Vestitu* ipso, nos alibi.

(*) in s. Persian. Reisebeschreib. S. 530. f.

§. XXVIII.

Quibus et similibus aliis ponderatis probè, dicat jam FULLERUS, Lasciviæ atque LUXUS in *Speculis* an cernere porro queat *neutrum?* Excipiet, ad abusum pertinere, de *usu per se* sermonem esse sibi. Sit ita. Non tamen vel inde sequitur, scopo prophetæ MINUS esse consentanea propterea Specula. Nam et alias res enumerare videmus illum, in quarum per se et legitimo usu, neutrum certè illorum vitiorum cernitur magis, quam vel in oculorum ad speciendum, pedum aut ad ambulandum, quorum tamen membrorum ad lascivientem superbiam abusus notatur et damnatur ibi. Deduci hæc latius possent, sat sufficiunt hactenus dicta nunc pro scopo et elevando *Fulleri* a *Scopo* Prophetæ petito *argumento.*

§. XXIX.

Veruntamen, non vel sic res confecta est, Lectores. Præsto enim sunt, quos excitavit tanquam pro *vestium perlucidarum* notione in voce גליונים facientes, noster *Fullerus*, cum KIMCHIO etiam LXX. illi viri ex Hebræo Interpretes Græci. Quorum præsplendens apud multos autoritas, obscuscare cum poterit nimis facile pristinum, quo refulgere coeperunt jam Specula Zioniſſarum. nitorem; idcirco, quo jure? quo et effectu? a viro Doctissimo contra Speculorum hic notionem Vestibusque pro pellucidis, fuerint excitati, jam discutiendum *Seorsim.*

§. XXX.

§. XXX.

Quod ad KIMCHIVM itaque, de eo FULLERUS refert, quæ sequuntur. „KIMCHIUS, *inquit*, in *Lexico*, *Vestes* quasdam „esse autumat, nempe חלוקים i. e. *Interulas* s. *Subuculas* „*tenues ac subtiles*, sic appellatas, quoniam *transparebat* sub illis „corpus, præ nimia earum *tenuitate*.„ Præ manibus cum nobis sit Lexicon Kimchianum ס' השרשי' *Lib. Radicum* dictum, una cum *Commentario* Viri, in lingua originali, mox evolvimus utrumque, vt inde quibus rationibus forte nitatur insolens alias ista in Gente Rabbinorum expositio? plenissime constaret nobis. Facta comparatione, tam cum Fonte Versionis adlegationisque Fullerianæ, quam Scriptorum Kimchianorum invicem, deprehensum fuit: 1) *Fullerum hic non integra* Kimchii *citare*: 2) *Kimchium* istam ibi expositionem *parum l. nihil* potius *probare*: 3) *Eundem* sibimet ipsi *non constare*; imo denique: 4) eodem, si non majori jure, quod mireris, contrarioque ita modo *pro Speculorum notione* posse *adlegari*.

§. XXXI.

Horum singula nunc dabimus probata. Et quidem quod ad *Imum*, ita habet integrè *Lex. Kimchianum*: הם החלוקים הדקים וכן נקראים בערבי אל גלילה (الجليلة) ונקראו כן לפי שנגלה הבשר מתחתיהן מרוב דקותם ויש מפרשי' גליונים מראות. En *omissum* vides â Fullero comma integrum, וכן נקראי' בערבי אל גלי'לה i. e. Et similiter *Arabice vocantur al-Galilah*. Omissam identidem vides appendicem, in qua, quanquam aliorum magis nomine, speculorum tamen non est oblitus prorsus, scil. ויש coet. i. e. *Sunt quoque*, *qui* גליונים *per Specula exponunt*.„ Quod jam ad *IIdum*, niti, (claret quod ex *adductis* a Fullero quoque verbis) adparet eam sententiam *α*) *Etymologiâ*, et quidem respectu Rad. גלה; quam vero, fatente FULLERO ipso (Vid. §. XXIV.), Specul. notio habet *æque probabilem* sin minus

nus *probabiliorem* per §. XXIV. ſupra. Ex verbis vero a Fullero *omiſſis*, adparet porro, niti eam β) *Harmonia Arabicæ quoque* Linguæ Et hâc quidem, intuitu *Rad. geminatæ* גלל. Verum hujus *Derivata*, de *Tegumentis* et *Similibus*, apud *Arabas* quanquam uſitata, tantum tamen abeſt, ut דקים *Tenuia* denotent et *ſubtilia*, ut potius illis expreſſim & e diametro opponantur. Ita EDMVNDUS CASTELLVS, et ante eum IACOBUS GOLIUS ex ipſis *Arabum Lexico graphis*, docet ad vocem גַּל جل: „*Oppoſitum* דַּק دق τῶ (Tenuis, ſubtilis, adeoque) *Groſſus* et „*Rudis*; et peculiariter *Stratum laneum tale, aſperiusque*„ Vide plura, de ipſiſſima etiam forma גלילה الجليلة apud Duum Viros hoſce, hunc *Lex. Arab.* col. 516. ſ. illum in L. *Heptaglotto* col. 546.

§. XXXII.

Sequitur, ut monſtremus Illio, KIMCHIUM hic ſibi non conſtare ipſi. Quod ut pateſcat, provocamus ad *Commentarium* Ejus *Jſajanum*, quippe in quo ſimpliciter faciens cum interpréte Chaldæo ſententiam ſequitur receptam, alterius ne vel obiter (qui honos tamen contigit Speculis in Lexico ejus) injiciens mentionem. Age, adponamus Verba ejus, hic quoque integra: והגליונים. המראות נקראו כן לפי שנגלי' בו הפנים לרואה בהם' וכן תרגם יונתן ומחזייתא' וכן תרגם אינקלוס במראו' הצובאו' במחזיי' נשיא.

Senſus eſt: „*Et Giljonim.* SPECULA dicuntur ita, quoniam „(niglim) *revelatur* in illis *Facies* inſpicienti ea. Sic etiam JONATHAN hic transtulit Chaldaicè per מַחֲזַיְתָא, qua eadem „voce pro *Speculis* uſus eſt ONKELOS, voces במראות „הצובאות (Exodi XXXVIII. 8.) reddens בְּמֶחְזְיַת נְשַׁיָּא„ HactenuS KIMCHI.

Quod itaque reliqum eſt, et ad Adſertum noſtrum ſpectat IVtum §i. XXX. illud per præcedentia hæc ſatis ſic eſt comprobatum. Exemplo vero eſſe poteſt ipſè VITRINGA, recen-

sens inter Speculi assertores Kimchium expressim. Coeterum, mutatis mutandis usum habent Observata hæcce contra HOHEISELIUM quoque, quippe R. SALOMONEM B. MELECH (*Kimchianorum* celebrem illum *Excerptorem*) tanquam ὁμοψηφον sibi in sententia de Vestibus pellucidis per גלירנים intelligendis, adlegantem.

§. XXXIII.

Dimisso nunc KIMCHIO in bona sic pace, cum integro LXX. Virorum, difficillimum quod videri queat, Agmine decertandum adhuc erit. Verum non est, cur, post superata feliciter reliqua, cum his demum reformidemus conflictum. Armorum, quantum καθ' ἀνθρωπον sufficit certè hic, suppeditat ipse nobis *Fullerus*, scribendo: „At tamen subolet hic nescio quid, SUPERVACANEI. Satis enim fuisset scripsisse „alterutrum, sive διαφανῆ s. λακωνικά, SUBAUDIENDO utro„bique ἱματια, aut potius χιτωνια, vocabulo aptiore et *Mulie„rum* proprio. *Eadem* quippe erant Vestes *Perlucidæ*, quæ *La„conicæ*. Itaque *separatim* adhibitæ inveniuntur ab eruditis Le„xicographis. Svidas enim διαφανῆ χιτωνια, i. e. *perlucidas* „Tuniculas exponit τὰ ἰσχνὰ, δι' ὧν διαφαινεται τὰ σώματα τῶν „γυναικῶν, *tenues*, per quas *pellucent* corpora feminarum. Rursum ab *Hesychio* λακωνικὸς χιτών i. e. Tun. *Lac.* λεπτὴ ἐσθής „declaratur; i. e. Vestis *tenuis*. Quapropter *alterum* ex duo„bus pro GLOSSEMATE habendum videtur.„ *Lacunosa* itaque est, simul et *interpolata* hic Versio Græca, judicante Fullero. Hâc vero ratione subleſtæ fidei eam censet redditque sic ipse; ad quam rebus sic, *intutò* in hac causâ provocatur omnino. Sed et illud adnotari et obiici meretur, IO. MEURSIUM, quem tamen in Res Laconum singulari inquisivisse studio, inficias ire poterit nemo, *Miscellan. Laconic.* L. I. C. XV. p. 70. Tunicam *Laconicam*, et *Tenuem* HESYCHII, contrario plane interpretori sensu, de Veste *non pretiosa* aut delicata, verum de *vilissi-*

viliſſimâ. Verba *Meurſii* ſunt: Uti Victus *vilis* erat, ſic *Veſtitus.* „V. Cragium L. III. Tab. VI. C. I. et II. Adeo quidem, vt pro„verbio λακωνικὸς χιτὼν, *Laconica* Tunica, pro *Vili* uſurparetur. „*Heſychius*: λακ. χ. λεπτὴ ἐσθής, *Laconica* Tunica, *Tenuis* Ve„ſtis.„ En, nihil talis Tunica ad LUXUM; nihil pro *Fullere*, nihil ad *Filias Zijon*, quarum indutui *ſplendido* et *regio* planè, *vi-ies* Laconum lacernæ ut ne intermiſceantur, *Illarum*, *Prophetæ*, imo ipſius *Fulleri* nomine, obteſtor.

§. XXXIV.

Reditui itaque canat, claſſicum in *Anglia* qui cecinerat NICOL. FULLERUS contrà verſionem των גלימים receptam; præſidio, quod contra Speculorum Adſertores expectabat â *Prophetâ*, a *Kimchio*, aque Viris LXX., ut adparet, deſtitutus ſic ferè omnino. In *Belgio* à GUSSETIO ac VITRINGA; in *Germania* autem noſtrâ, ab HOHEISELIO; pro *veſtibus pellucidis* adverſus *Speculorum notionem* an propitiori depugnatum fuerit Marte, nunc non disquirimus (§. XXIII.) Videri *interim* poterit *Diſſ.* de M. M. Ilda, §. XI. ſqq., quà elevatum illic jam primarium Celeberrimorum horum Virorum Argumentum.

Corigenda.

p. 3. §. 2. pro: *quaster*, leg. *quater.*
p. 7. lin. 4. a fine, pro *Interpretes* leg. *Interpres.*
p. 10. pro Nehem. VI. leg. IV. et pro Iudic. XVIII. leg. XVII.
p. 12. §. 13. lin. 3. pro ſub leg. ſubſit. Ibid. l. 4. abundant voces: *ſit. reſp.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn829623825/phys_0033
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn829623825/phys_0036
DFG

. Lib. I. Sect. XIII. Eo modo ſe res ha-
n magnetibus. Mihi quidam eſt, qui
maſſam in diſtantia craſſitiei chartæ
videtur, quæ illi tamen, dum ſe pro-
t magnes & ferrum, ſatis forte ad-

æ hucusque expoſui, abunde eluceſcit,
ſolam illa haud actuare phænomena,
i cuidam Phyſici tribuunt. In hac igi-
ius, vana erit perſuaſio, ſi in internas
ires naturæ, opinamur. Interim ta-
dam ut adſit, neceſſe eſt. Qualis igi-
vis attrahens, agens in diſtans, cor-
is aut naturalis, ut quamlibet materiæ
netis inſtar concipere liceat? Si affir-
ſecaſſe non ſolviſſe, Philoſophi dicent.
chanica ſuſpicanda eſt ratio? Nondum
ndum eſt, excogitari poſſe motum ma-
t oſtendi per impulſum ea fieri, quæ
tæ attrahenti tribuimus? Mechanis-
litionis inter impoſſibilia eſſe referen-
ius evictum eſt ac per attractionem
oni; licet perplurimi, e.g. *celeb. Krat-*
s, Hambergerus aliique, demonſtare pri-
icut nec vortices cœleſtes ita deſtru-
Newtoni ratiociniis, licet d'*Alembertus*
mare & ab objectionibus *Joh. Bernoulli*
it, ut nulla reſtaret poſſibilitas a ma-
impulſu, motum derivandi corporum